ſtatuas et lucos ſuper omnem collē
excelſum et ſubtus omnem arborem
frondoſam. iiij. Re. xvij.
¶ Tranſlatis filijs iſrahel in aſſirios
collate ſunt diuerſe gentes in ciuita
te ſamaria ⁊ vnaqueq; fecit deum ſu
um. iiij. Re. xvij.
¶ Sennachrib rex aſſiriorū cū in tem
plo adoraret deum ſuum duo filij e
ius perauſſerūt eū gladio. iiij. Re. xix.
¶ Manaſſes rex iuda erexit aras
baal et adorauerunt ōnem maliciā
celi. iiij. Re. xxi.
¶ Nabuchodonoſor fecit ſtatuā au
ream et precepit vt omnes adorarēt
eam. Danielis. iij.
¶ Darius rex pſarū precepit vt nul
lus aliquid peteret infra tres di
es nec a deo nec a homine niſi ab e
o. Danielis. vi.
¶ Erat p̄ ſolū in babilone qd̄ rex et
alij quotidie adorabant et cū daniel
hoc ſubuertiſſet ipſi babilonij draco
nem adorauerūt. Danielis. xiiij.
¶ Anthiochus iuſſit edificari aras ⁊
templa. Machabeorū. i.
¶ De iactancia.

Gaal filius obeth dicebat ſoci
is ſuis quis eſt abymaleth ⁊
que eſt ſichem vt ſeruiamus
ei vtinam daret aliquis populū iſtū
ſub manu mea. Iudi. ix.
¶ Sāpſon leonem in heremis lacerā
uit nec tamen tantam probitatē; iu
dicauit. Iudi. xiiij.
¶ Golyad philiſteus exprobrabat
iſrahel. i. Re. xvij.
¶ Adonias filius dauid et agith ele
uabatur dicens ego regnabo ⁊ parū
durabit regnū meū. iij. Re. i.
¶ Benadab rex ſirie miſit regi iſra
hel dicens hec faciāt michi dij et hec
addāt ſi ſufficeret puluis ſamarie pu
gillis omnis populi qui ſequitur me
iij. Regum. xx.
¶ Rapſaces ex parte regis aſſiriorū
ait nūquid liberauerūt dij gencium
terram ſuā et vos de manu regis aſſ
riorum. iiij. Re. xviij.
¶ Holofernes dixit ad achior cū p
cuſſerimus omnes quaſi hominem v
num tunc et ipſe cū illis gaudijs aſſi
riorum interibis. Judich. vi.
¶ Amō conuocauit amicos ſuos ⁊ expo
ſuit illis magnitudinē ſuā. Heſter. i.
¶ Heliu dixit multa verba iactāci
e. Job. xxxvi.
¶ Oſtēdam vobis ſapienciam meā;
¶ Nabudonoſor dixit tribus ſocijs
danielis qui noluerūt ſtatuam eius
adorare quis eſt deus qui poſſit eos
de manu mea liberare. Danielis. iij.
¶ Deābulans in aula babilonis na
buchdonoſor ait nonne hec babilon
ciuitas quā edificaui in domū regni
in robore fortitudinis mee et in gla
decoris mei. Dani. iiij.
¶ Audiuit ſeron q̄ cōgregauit iudas
eccleſiam fideliū et ait faciā mihi no
men et debellabo iudā ſed cōtrariū
accidit. i. Mach. iij.
¶ Demetrius filius demetrij miſit
ad ionatham dicēs deſcende ad nos
in cāpū et agrediemur illic inuicē qm̄
mecum eſt virtus bellorum et victori
a et diſce quis ſū ego ſed tamen ma
le accidit ei. i. Mach. x.
¶ Nichanor contra iudā pugnatu
rus vocauit negociatores promittēs
ſe pro vno talento nonaginta manci
pia iudeorum. i. Macha. iij.
¶ Interrogauit quoq; iudeos ſi eſt
potens in celo qui imperauit agi diē

ſabbatoꝝ ⁊ reſpōdētib⁹ illis eſt dñs
potēs in celo q̄ iuſſit agi ſeptimum
diē qui ait Et ego potēs ſū ſup ter
ram q̄ impero ſumi arma et negocia
implere. ij. Machabeoꝝ. xv.

¶ Rex anthiochus dixit ſe iheroſoli
mā venturū et eam congeriem ſepul
chri iudeoꝝ facturū ſed aliter euenit
. ij. Machabeoꝝ. ix.

¶ Petrus magiſtro audacter ait et
ſi omnes ſcandalizati fuerīt nō tn̄ te
negabo ſed tamen aliter ei accidit.
Mathei. xxvij.

¶ Iactātes et de ſe menciētes dya
bolū imitantur qui cum xp̄o omnia
regna mundi oſtenderet ait omnia
michi iſta tradita ſunt ⁊ cui volo do
illa. Luce. iiij.

¶ Cōtra iactantes ⁊ arrogantes in
ducit dñs parabolā phariſei dicētis
nō ſum ſicut ceteri. Luce. xviij.

¶ Dixerūt iudei ceco nato et illuīā
to in pccātis natus es totus ⁊ tu me
doces nos. Iohis. ix.

¶ Pylatus dixit neſcis q̄a ptātem
habeo crucifigere te Iohis. xix.

¶ De iudicijs bonis ſiue malis

Cauſam quā neſcit iudex di
ligēter inueſtigare debet.
Iob. xxix.

¶ Dixit dñs de⁹ ad abrahā deſcēdā
⁊ videbo utꝝ ſodōite clamorē q̄ venit
ad me opere cōpleuerīt Geñ. xviij

¶ Deſcēdiſſe eciā legit vt videret
ciuitatem quā edificauerāt filij adam
licet ipm nichil lateret. Geñ. xi.

¶ Iniuſte p̄cepit iudas thamar nurū
ſuam cōburi. Geñ. xxxviij.

¶ Dñs egipti ꝓpter crudele verbū
vxoris ioſeph miſit in carcerem.
Geneſis. xxxix.

¶ Minoria p̄ minores maiora per
maiores iudices debent diffiniri iux
ta illud qđ conſuluit ihetro moyſi
Exodi. xviij.

¶ Filij ſamuelis iudices iſrahel de
clinauerūt poſt auariciā acceperūtꝫ
munera et peruerterunt iudicia. i.
Regum. ij.

¶ Dauid eciā iniuſte tulit ſētēciā cō
tra miphiboſeth abſētē ad verbū ſi
be exenia offerētis. ij. Regū. xvi.

¶ Salomō recte iudicauit duas me
retrices p̄ filio occiſo. iij. Regū. iij.

¶ Cōſtituit ioſaphat rex iuda prīci
pes terre p̄cipiens eis videte quid fa
ciatis nō hominis ſed dei iudiciū ex
ercetis ⁊ q̄dcūq3 iudicaueritis ī vos
redūdabit. ij. Parali. xix.

¶ De diuinib⁹ iſrł dixit. Yſaias. i.
¶ Prīcipes tui infideles ſocij furum
omnes diligunt munera et ſequntur
retribuciones pupillo non iudicant
et cauſa vidue non ingredit ad illos
Quāuis rex darius perſaꝝ rex ſci
ret danielem innocentem tamen ad
inſtāciā ſatrapaꝝ miſit eū in lacum
leonum Danielis. xiiij.

¶ Simile accidit. Danielis. iij. vbi
miſit tres pueros in fornacem.

¶ Diſcrete examinauit daniel duos
ſenes qui cōtra ſuſannā falſū dixerūt
teſtimonium et illos morti condē
nauit. Danielis. xiij.

¶ Cū accuſaretur ipē menelaus in
iudicio coram ipſo anthiocho pro pe
cunia quā p̄miſit abſolutus fuit ⁊ ac
cuſatores ſuos iniqua morte condē
nauit. ij. Machabeoꝝ. iiij.

¶ Dixit nichodem⁹ phariſeis nūq̄d
lex noſtra iudicat hominē niſi prius
audierit ab ipſo et cognouerit quid
faciat. Iohānis. vij.